



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Diss. Phil. 1565

Ex Practicâ Philosophiâ  
*de*  
Jure atque Æquitate,  
*Duce Deo & Preſide*  
**M. MICHAELE WENDELERO,**  
Facult. Philos. Adjuncto,  
**JOHANNES Schneidewein Cygnéus**  
*publicè disputabit*  
*ad diem 19. Decemb. horis antemeridianis* (1638)  
*In Auditorio minori.*

---

WITTEBERGÆ,  
Typis Johannis Röhneri Acad. Typogr.  
Anno M DC XXXVIII.

-30-

*But I'll try again,*

**Ode in Praise of Love,**

**CHARACTERISTICS.**

*and O Nature! how I love thee!*

*and I will always do so!*

*jo!*

## Continuatio.

Juris iuram excipit jus, quo nil maius inter homines: nil debet  
meus, si salutariter & ex usu publico administretur: nil magis  
arduum, quam ab uno viro tot capita coerceri, & universam  
Reipub: turbas sub commune obedientie jugum leniter rea-  
digi. Hujus tractationem una cum Aequitate, legitima  
juris laxamento, hac vice suscipimus. Duo ergo membra,  
quorum alterum de Jure alterumq; de Aequitate agit, Duce  
Jebovâ, constituimus.

### Membrum Primum

de

#### JURE.

##### Præcepta.

1. Jus est justa actio & justum factum à justitia pro-  
ficiens.
2. Dividitur in Politicum & Oeconomicum.
3. Politicum est, quod ab illis, qui liberi sunt & æqua-  
les societateque quâdam inter se devincti, ad rerum ne-  
cessariarum suppeditationem coluntur.
4. Hoc rursus dividitur in naturale & legitimum.
5. Jus naturale, quod suam autoritatem habet ex  
naturâ, eandemque vim & potestatem ubique gentium  
obtinet.
6. Jus legitimum est, quod suam autoritatem habet ex  
hominum instituto, quodq; ante constitutionem nemini  
neim, post constitutionem omnes, quibus latum est, obli-  
gat.
7. Jus Oeconomicum est, quod in societate domes-  
ticâ ad generis propagationem & familiæ sustentatio-  
nem observatur.

8. Oppositum est Injuria.

9. Injuria est iniusta actio & iniustum factum;

4

Expli-

3. S. Jus deducitur à justitia quā in effectu à causatione. 15  
 secundum denominationem Grammaticam, sed Logicam; Gram-  
 maticis non modis derivatur à jubendo, vel à iussu. Hinc  
 omnia iusta, quae rite iusta, vocabantur. Quidam à iuvando, quoddam  
 iuste, derivantur.

4. S. Surgit hic pro legi præscripto; quod in mutua societate, sive recta præscribit ratio. Ejus Synonyma sunt, fas, lex, iustum, iuste factum. Nota hæc propriè accepta Synonyma non esse. Nam jus in propriâ significâtione est præceptum ex lege, seu ratione, tanquam effectus ex causa ortus. Aequum vero pro ejus Synonymo non posse haberi sequens monstrabit membrum. Fas propriè dicitur de eo, quod iure divina permittitur. Lex strictè summa est ratio nostra; quatenus iusta & honesta præcipit. Hinc dicitur iustum: ratio, naturale ius, regula, & norma iuris. Communiter: Hæc voce non tantum lex natura, sed omnis scientia ob affinitatem, quâ legislator aliquid decernit, exprimitur. Iustum nominatur legis contentum. Iustum enim duo involvit, iustum h. e. actum rationis (tum interiore, qui est voluntatis, quam exteriorem, qui scripturâ & alta ratione significatus) & tunc iustum, quæ dicitur iusta ob qualitatem illam, quam vel ius vel à sola iuri ratione assumit. Denique iuste factum est effectio illius, quod in lege imperatum erat.

5. Unico verbo: Lex, hoc est, ratio iubet datam fidem servare: 16  
 à ratione, (fidem serves) jus est: observatio fidei, que est res, iusta, & appellatur iustum: tandem iusti in lege contenti in actum productio, iuste factum nuncupatur.

4. S. Definitio non indiget ubiiore declaracione. Quoad divisionem, sciendum Politicum dici jus simpliciter, Oeconomicum per quandam similitudinem. Nam jus Oeconomicum aliquid simile alit: cum Jure Politico.

5. S. Jus naturale dicitur, quia à naturâ & non à consuetudine proficitur. Audit & Universale, quia ad omnes homines pertinet: itidem Primum, quia hoc ius fuit, antequam essent leges scriptæ. Ab Apostolo appellatur Veritas rei, pars factio Dei, & opus legi scriptum in cordibus.

66. *Capitulum iuris naturalis sunt notiae principiorum predictorum & conclusionum communium inde extuctarum. Principia practica sunt propositiones universales per se notae, & indemnatae, ex quibus Conclusiones deducuntur. Cujusmodi appellantur sequentia: Honestè vivendum: Turpe fisiendum: Parentes honorandi: Pater servanda: Suum cuique tribuendum: Non loquendos: Veritas colenda: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: Quicquid sine detrimento commodari potest, id tribuat cuique, perigrino monstrarre viam. Et.*

7. *Conclusiones communes sunt, quas naturalis ratio ex principiis conficit. Ita ex principio (*Justitia est colenda*) concludimus, non esse furandum, non occidendum, non scortandum, nihilque quo quisquam laedi possit, faciendum. Ex principio (*equalitas eternanda*) colligimus, potest debet de delicto respondere. Ex principio (*Dilectio est colenda*) sic collectio, hortacione à cultu divino nos orationem non esse audiendum.*

8. *Huius iuri tres assignant proprietates: Ubique & apud omnes homines eandem normam habere; ideoque etiam esse immutabilem, in que abrogari posse. Nam lex hinc diffusa est in omnem, est sempiterna, à qua homines neque per sensuorum, neque per populi, sive possunt solvi & libertari. 2. Duocent originem hinc ex hominum instituto, neque nisi eorumdem opinione, sed autoritate, ex semetipso habere ob Deum, qui hominum inveniens id inspiravit. 3. Ad honestatem referri. Nam est lumen mentis nobiscum natum, quo ex nobis principia practica absque accidente aliquam doctrinam intelligimus; ac hujus admixtculo veritatem a falso ac bonum à malo discernere valemus.*

9. *S. Hujus loci est *Jus gentium*, quo omnes homines ex communione ratione utuntur. Ex iure gentium est, quod legati non sint, violandi, quod bona nausifragorum non sint praedita exponenda. Plura alia ex iure gentium introducta de bellis, de foederibus, de contractibus, de emptione, venditione, locatione, conductione. Quae omnia iuris specieis relinquitur.*

10. *S. Corollarium hinc emergit tale: *Jus naturale* & *Jus gentium* differre causam efficiet, subjecto atque origine. Jus naturale, natura, gentium locutus recta ratio. Naturale ad quoniam anima-*

sia, gentium pertinet ad omnes homines. Naturale cœptum est ratione, gentium ab hominibus ob quandam necessitatem est introductam.

11. §. Jus legitimum etiam appellatur *Humanum*, ut & *Positivum*, quia ab hominibus posicurn & constitutum fuit. Dicitur scriptum, item *Legale*, quia legibus describitur & sancitur. Hoc est illud jus, quod Jurisperiti vocant *civile*, quod quisque populus sibi constituit. Per populum intelligitur non hæc vel illa civitas in particulari, sed civitas in genere, hoc est populus, qui in eadem societate versatur, ijsde inquis legibus à superiori sanctis utitur, sicut Romanus, seu *Hispanicus*, seu *Germanus*. Nam *jus civile* ab unâque civitate generaliter considerata denominatur.

12. §. Proprietates hujus tres sunt: 1. Suam originem atque autoritatem debere hominibus, qui illud adducti probabili ratione, sive ex naturæ jure, sive ex aliquâ circumstantiâ delimita communione consensi constituerunt. Ergo pro ratione personarum locorum, temporum aliarumque circumstantiarum mutari potest, 2. Ante constitutionem nullam habere vim obligandi hominem, sed esse indifferentem post confirmationem sub pena transgressio- mis obligare omnes, quibus latum est. 3. Præsupponere honestatem, quam habet ex jure naturali, ac præcipue referri ad eorum, quibus fertur, utilitatem.

13. §. Ex his Corollarium resultat sequens: *Jus naturale & legitimum differre effidente, noritâ, efficacia & fine*. Naturale causam necessariam Deum, naturæ auctorem, Legitimum agnoscit hominis arbitriu. Hinc illud *divinum*, hoc dicitur *humanum*. Ergo & illud hoc præstantius. Naturale ab omnibus sanz rationis hominibus intelligitur: Legitimum solum à viris prudentibus. Naturale ubique est idem constans & immutabile: Legitimum obligat tantum, quibus est latum, inconstans & mutabile. Naturale spectat tantum honestatem: Legitimum hanc præsupponit atque eorum, quibus sancitum fuit, utilitatem adficit.

14. §. Dividitur in *scriptum & non scriptum*, in *universale & particulare*, & denique in *commune & singulare*. Jus *scriptum* constat expressâ aliquâ lege, sive hæc immediaet ab ipso populo, sive mediæ per plebiscitum, senatus consultum, principum plena-

cita

Cita autem Magistratum edicta fuerit constitutum. Requiritur ad hoc  
expressus populi consensus. Scriptura est quoddam necessarium  
adjunctum, quod denominationem accepit.

15. §. Non scriptum diurnis moribus, usu acque observatio-  
ne fuit introductum. Nam diurni mores consensu uterius  
approbati legem imitantur. Ad consuetudinem pertinet tacitus  
populi consensus, de quo si non certe constat, probanda venuunt  
actuum frequentia & diurnitas temporis, ex quibus tacitus con-  
sensus necessariò sequitur.

16. §. Ius universale à supremo Magistro infertur. In Romano  
imperio est illud, quod Imperator cum statibus imperij in publicis  
comitijs sancit. Continetur in Recibus Imperij, atque auctor  
Bullæ Caroli Quarti. Particulare undusquisque Magistratus secun-  
dum suam jurisdictionem decernit, subditisque proponit. Tale est  
Ius provinciale, utpote Saxonum, quod in certa provinciâ, scilicet  
Saxoniâ, observatur. Item Ius Municipale & privatum uniuscun-  
que civitatis.

17. §. Ius commune in omnes cives statuit. Sic commune  
Ius erat inter Lacedæmios & Athenienses, utriusque partis capi-  
tivos pro certa pecuniâ redimere. Ad commune Ius pertinent ferdi  
omnia, quæ a libris Jurisperitorum explicantur. Singulare certa  
personis fertur. Hujusmodi lex fuit apud Sieulos, qui in honorore  
Marcelli annua sacra celebrabant. Hujus loci sunt oamnia Pre-  
vilegia. Quicquid enim sit in certar personam, est prævilegium,  
olim non nisi in solemni populi conventu concessum. Hujus ge-  
nneris sunt Ius plebiscitum Atheniensium, & Romanorum Plebisci-  
ta, hoc est particularia quadam decreta, aut leges particulares ad  
certum tempus latæ: e. g. quando tempore belli aut pestis chorez,  
convivia aliquæ ludi prohibentur.

18. §. Ius Oeconomicum pro triplici personarum respectu  
plex est: Paternam, quod inter parentes & liberos colitur: Herile  
quod inter Dominum & servum: Matrimoniale, quod inter mari-  
num atque uxorem obseruantur.

19. §. Juris norma est lex, secundum quam omne Ius estimari  
debet. Hinc vocatur regula facienda ut omnes concordem  
natur, quid fieri debeat, & obligans omnes vel ad poenam vel obe-  
dientiam.

*Sic etiam Lex est vel communis vel propria. Communis quae ad omnes pertinet, est vel *in scripta*, vel *præscripta*. In scripta hominibus est insita. Ex hac oritur jus naturale. Præscripta à superioribus præponitur: ut sunt Magistratus edicta. Inde ortum trahit jus civile scriptum. Propria pertinet ad certam societatem, & quamlibet civitas sibi propriam constituit. Ex hac descendit jus præsumtum.*

20. §. *Injuria quæ juri opponitur, dicitur quasi injuria, quod à jure & justitia careat. Sumitur proprie & impropriæ. Impropriæ sumunt pro omni, quod non iure sit. Propriæ sumta, injuria est iuri violatio, ex ea sciebat & volente alicui invito damnum praetermetum inficitur.*

21. §. *Notandum hinc quod non omne injustum statim sit injustum, nec omne dampnum alicui illatum statim injuria. Nam quoddam injustum aut noxium sit, etiam per accidens ex ignorantiâ, casâ, inviâ & ex affectu vehementiori. Hoc quavis sit injustum malum, noxium & perniciosum, tamen nec is qui hoc facit, proprie injuriam, nec qui dampnum patitur, pati propriæ, dicitur.*

22. §. *Hoc ut melius patet, tria malorum & dampnorum genera faciemus. Primum ab ignorantia proficitur, quando leuidens ignorat circumstantias personæ, loci, temporis, modi, instrumenti & finis. Estque vel *infortunium* vel *delitium*. Infortunium impudicitur, ubi præter agentis intentionem sine malitia damnum inficitur. Ita Cephalus apud Ovidium, uxorem in arbusto latenter cœlo configit. Delitium consultò sine malitia committitur. Ita duorum sodalium digladiandi causa se se excentrum alter alteri oculum effudit, vel digitum amputat.*

*Hinc sequitur Corollarium:*

*Delitum ergo infortunium nego, iustum nego, injustum reddere eum, qui hoc admisit. Nam non ex malitia & improbitate cœperis proficitur.*

23. §. *Secundum malorum genus ex animi perturbatione & vehementi aliquo affectu inficitur. Hæc facta dicuntur iusta, non causa-injuria, quia non consultè & cogitatè sunt. Leviora enim*

fuit; quae ex parte aliqua non occidit, qualitera, quam propria  
ratio inferuntur.

24. §. Tertium malorum genus ex certo animi proposito de-  
fensum, & est cum malitia & improbitate agentis conjunctum. Hoc  
factum propriè dicitur injuriosum, seu iniuria, cuius tres sunt no-  
tiae: ut invito inferatur, ut, qui infest, sciens & volens inferat, ut  
præter meritum patientis fiat.

25. §. Injuria est vel realis, vel verbalis. Realis meau infertus.  
Verbalis sit vixis, verbis, literis, & libris in alterius infamiam edens.

## QUÆSTIONES.

### Questio Prima.

Num judicia sint licita?

Theologi ex immotis Scripturæ fundamētis probant.  
Nos adīmus ex sensu ratione: Quicquid ad Rēpubl: conser-  
vationem maxime utile, summeque necessarium est, absolute ac  
per se illicitum esse nequit. Judicia civilia &c. E. Prostunt enim  
ad veritatem patefaciendam, justiciam administrandam, ad defen-  
sionem nostrorumque obrinendam, & denique ad exer-  
ciam disciplinam & publicam pacem conservandam,

### Questio Secunda.

Num satius sit, nocentem absolvere, quam  
innocentem condemnare?

Quamvis utrumque malum sit, præstatamen, nocentem ab-  
solvere, quam innocentem condemnare. In nocente dimittendo  
tantum Resp: lœditur, nocens nec jure suo privatur, nec injuria  
aliqua afficitur. Verum ubi innocens condemnatur, & Rēpubl:  
ca & innocens patiuntur: Illa, quia hujus non minus interest in-  
nocentes absolvı, quam fontes puniri; hic, quia jure suo privatur;  
vixque sustinet.

### Questio Tertia.

Num iudex possit aliquem non accusatum  
damnare, & damnatum absolvete?

1. §. Similia est bimembre. Priori satisfacimus, adhibita dis-  
tinguione inter factum capitale & non capitale. Circa factum, quod  
non est capitale, concernitque tantum privatum aliquem, iudex

stupido quod non potest, remunire potest. Nam et secundum  
ita naturam, eundem & judicem atque accusatorem existet.  
2. Quia iudex est iustitia interpres. Iustitiam enim versatur inter-  
dictis, quorum unus est actus alterque causa. Igitur si actor non  
probaverit, reus absolvitur.

2. 5. Si vero factum capitale toti Republicae fuerit emulos sumi  
judex maleficos ad supplicium tradere potest, partim ut iustitia se-  
tis faciat, partim ut auctoritate Republ. suauatus que imponita seclera  
sequitur. Ita David Ahab Kitam nemine accusante occidit, sed  
Salomo Joabi sanguinem effundit.

3. 5. Ad alterum quæsis membrum respondemus, jūdicem.  
quidem posse lenire poenam pro varietate circumstantiarum, non  
tamen profligis tollere, nisi forte è commoda Republice fuerit.  
Alioquin iustitia nova sita & testa conservatur, leges autori-  
tas codit, Republica salis non promovet, partis lata non facit,  
neque iudicis conscientia consiluit.

### Quæsio Quartæ.

Num iudex secundum acta & probata, num  
vero secundum conscientiam judi-  
care tenetur?

1. 5. Per acta & probata (etiam in alio sensu, quatenus ex fal-  
so proficiuntur testimonio, accipiuntur) intelligimus certissimas  
veritatis adscriptiones & legitimas probationes, à quibus omnis fucus  
omnisque falsitas longissime abest: per conscientiam, certam &  
exploratam conscientiam, quâ ex auctorib[us] aliisque certis ac infal-  
libilibus mediis iudicis de veritate facti & innocentia accusati in-  
dubitato constat. His presuppositis, affirmamus iudicem indistin-  
cte in omnibus controversiis secundum suam conscientiam judi-  
care debere.

2. 5. Theologi probant à divino interdicto. In iudicio non acc-  
quiesces plurimorum sententia, ut à vero devis, Exod. 23. v. 2. Judi-  
cans secundum acta & probata quia morti adjudicat eum, quem  
in conscientia novit esse innocentem, utique à vero deviat. Nam  
acta

acte ex probata veritate possunt conservari; cumq[ue] sententia iudicis pugnare.

3. S. Nos hoc affirmamus: ab officio iudicis, qui debet officie plus ac bonus in eum corde regnet Dei timor. Perpetua se habere superioritatem iudicem, cui aliquando dispensatio: cuius ratio est reddeada. Ergo non iudicata, sed causam considerat aperte. Sequitur hinc, iudicem non tenet contra veritatem sibi certe compertam aliquid statuere multo minus scienter nascitum absolvere atque innocentem damnare, sed maiorem rationem habere conscientie quam testimoniis.

4. S. II. A manifesta iniquitate. Unquam est innocentem condemnare, & nocentem absolvere. Nam omnis debit poena presupponit debitam culpat, quia sunt relata, flagitium & supplicium, illud habet rationem causae, hocque effectus. Ergo ubi non præcedit vera culpa, ibi poena infligi neque potest neque debet. In homine secundum acta & probata vulgo sic dicta. damnato non præcedit. E.

5. S. III. A fine probationum, quæ in iudicio ob id instituuntur, ut iudex de veritate recte informetur. Inde probations discentur arbitratia, atque ab officio iudicis dependere. Igitur si probations non correspondent certe iudicis sententiae, non eas sequetur, quia sic non informaretur, sed corrumperetur. Ad haec non adversario, sed iudici probandum est. Ergo quando iudicis constat, rem aliter scire habere, quam per testes fuit probatum, secundum veritatem sententiam ferat.

6. S. IV. A jure naturali. Ut enim ius legale requirit, ut secundum acta judicetur, ita naturale requirit, ut secundum ipsius veritatem iudicetur. Illud huic cedit, quia justum naturale prævalit justo legali. E. iudex innocentem damnans contra naturæ ius facit. Plures cautelas in Meissner, Hornejo &c. tamen invenies.

### Questio Quinta.

An ius Oeconomicum sit ius propriè dictum  
& diversum à iure politico?

1. S. Jus Oeconomicum est ius ob similitudinem, quam habet

eum iure politico. Nam quia domus est, quasi parva quedam civitas, & civitas, quasi magna quedam domus, in utraque gubernatione nostra sunt communia & civilia. Ex domestica societate pedentium ampliaturis familiis, nata est civilis societas. Primo exstitit domus phresque familia, donec ex pluribus dominibus constitutus pagus, tandemque ex multis pagis constituta fuit civitas.

2. §. Est jus non simpliciter, quia in iure Oeconomico injuria simpliciter locum non habet. Nam injuria non est erga alienos, cum nemo dicatur propriè sibi vel iis in iuriam facere. Domestici autem non sunt alieni, sed nostri quasi pari. Iliberi enim sunt pars parentum ex quibus progeniti. Hinc pater & filii dicuntur eadem sustinere personam. Ita servi sunt pars de bonis & possessionibus suorum dominorum. Ita & conjuges non sunt diversi, sed una caro. Ergo neque parentes liberis, neque domini servi, neque conjuges sibi mauro dicuntur propriè facere injuriam.

3. §. Deinde domestici non sunt aequaliter ius legibus obstricti, neque inter se aequales quoad vicissitudinem imperandi & parandi. Ita pater non est illis legibus subiectus, quibus filius. Hoc enim foret iniquum, cum hoc modo patrum tolleretur auctoritas & potestas. Ita Domini & servi, mani & atque uxoris leges sunt diversae ob diversa in re familiaris munera.

4. §. Ex his colligimus, jus Oeconomicum non esse simpliciter jus. Nam ubi locum obtinet jus simpliciter, ibi etiam injuria, quia, dato uno contrario, datur etiam alterum. Porro inter quas personas non est lex, quae aequaliter omnes obliget, inter eos quae non est jus, quod simpliciter jus dicatur. In iure autem Oeconomico injuria simpliciter locum non habet, neque inter domesticos sunt ejusmodi leges. Et neque inter domesticos est illud ius, quod simpliciter jus dicatur.

### Questio Sexta.

Num ius naturale cadat etiam  
in bruta?

Negamus. Nam i. ius naturale est recte rationis dictatum.

nam. Bruta autem quia ratione sunt experti, ideo in illa ius naturale nullo modo cadit. 2. Bruta non dicuntur facere injuriam, sed pauperiem. Et neque ius ad illa pertinet, quia cui unum contractorum non competit, ei nec alterum potest competere.

### Quæstio Septima

Num ius naturale sit immutabile?

Jus naturale per se & ratione communium principiorum semper est immutabile, sed per accidens, quatenus ad singulares actiones applicatur, mutatur & variatur. Hæc tamen mutatione non est verâ, sed apparentia, quia non ius ipsum, sed juris applicatio & actionum circumstantia mutantur.

### Quæstio Octava.

Num volenti possit fieri injuria?

Negamus. Injuria enim definitur voluntaria & malitiosa. Ius alieus contra segem & patientis voluntatem facta. E. nemo volens injuriam patitur. Injuria est malum quid. Nemo autem sponte vult id, quod scit esse malum, cum omnes natura inclinent ad hoc, ut sui conservationem quarant. Facere injuriam & pati injuriam sunt contraria, & habent contraria attributa. Ergo quia facere injuriam est quoddam voluntarium, pati erit aliquid involuntarium. Ergo nemo volens patitur injuriam. E. neque volenti sit injuria.

### Quæstio Nona.

Num aliquis sibiipsi injuriam inferre possit?

1. S. Negamus. Fundamentum negandi praecedens quæstio suggestit. Qui non potest sponte pati injuriam, ille etiam semet ipsum non potest injuriæ afficere. Hæc enim passio & actio, quia ab eodem proficiuntur præceptio, decessus est, ut etiam eodem modo se habeant. Nemo potest sponte pati injuriæ. E.

2. S. Alterum subministrat iustitia, quæ est vitium, hoc est, cuius actio ad aliud dirigitur. Jam autem quia ne-

pro à semetipso estriveretur, nemo etiam in semetipsum possit  
injustus aut injuriosus.

3. §. Tertium desumitur ab opposito. Si aliquis semetipsum  
injuriam afficeret potest, accessus est, ut illud faciat secundum certam  
injuriaz speciem, per quam alterum laedit. Omnis enim injuria  
est conjuncta cum alterius lassione, tam quoad bona externa quam  
quoad famam atque existimationem. Sed hoc nemo præstat,  
hoc est, nemo potest sibi ipsi sua furari, aut seipsum decipere aut iug-  
famare. Ergo neque seipsum injuria afficeret.

### Quæstio Decima.

Num omnis, qui injustum factum patitur,  
recte dicatur injuriam pati?

1. §. Injusta pati & injuriaz pati differunt, ut latius & angu-  
stius. Omnis, qui injuriam patitur, injustam rem patitur, non vero  
contra omnem, qui in justum aliquid patitur, statim etiam injuriam  
patitur. Nam ut non omnis, qui agit justa, etiam justè agit, ut su-  
periora ad amissim ostendebant, ita etiam non omnis, qui agit  
injusta, agit etiam injustè, adeoque neque injuriam dicitur facere.  
Ut se res habet in actione, ita & in passione. Itaque ut aliquis po-  
test agere ea, quæ sunt justa, qui tamen non dicitur agere justè, ita  
potest aliquis aliquid pati, quod est injustum, qui tamen non pati-  
tur injuriam.

2. §. Ut aliquis propriè dicatur injuriam pati, venit observan-  
dus animus & facientis & patientis injuriam. Hæc enim sunt rela-  
tiva, facere & pati injuriam, quorum neutruam sine altero recte po-  
test consistere & considerari. Ob id non potest passio dici inju-  
riosa, nisi etiam præcedat actio injuriosa. Nam si agens (veluti si  
quis alterum ex ignorantia percutiat) non facit injustam rem animo  
injuriando, neque patientis propriè dicitur injuriati esse passus,  
quamvis rem injuriam fuerit passus. Idem de animo patientis rem  
injuriam statuendum est. Num ubi velens patitur, sibi fieri id,  
quod est injuriam, is non dicitur pati injuriam.

3. §. Ex his evadit manifestum, quod in passionibus aliud sit  
temp.

etiam injuriam pati, & aliud injuriam pati, quia in scilicet aliud est, rem injustam facere, & aliud injuriam facere. Et ut actio iniuriosa debet esse coniuncta cum agentis voluntate, ita vi oppositorum sequitur, injuriosam passionem debere repugnare patientis voluntati.

### Quæstio Undecima.

Utrum justus & quæ posse alteri injuriam facere, sicut injustus?

Negamus. Aliud est adiuvare, aliud adiutare, hoc est aliud est injuriam facere, aliud facere ea quæ sunt injusta. Injuriam facit is, qui, datâ operâ, dâmmnum infert. Ita vir justus neminem in injuriâ afficit, cum ob justitiae habitudinem non possit aliter, quam justè faceret. Agere quæ sunt injusta quandoque committitur à justo, non de industria, sed aut per ignorantiam, aut per casum, aliquem fortuitum aut violentiam. Actiones hæc quamvis in justæ, non tamen injuriosæ pronuntiantur ob causas quæ effectum.

### Quæstio Duodecima.

Utrum deterioris sit injuriam facere, quam pati?

Prius affirmatur. Facere & pati injuriam quamvis sint virtutis extrema; non tamen utrumque, ut reliqua reliquarum virtutum extrema, cum vitio coniunctum est. Nam facere injuriam quia ex odio, livore & cupiditate oriuit, vitio non caret: contra pati quam patientiam & lenitatem presupponit, vitio destituitur. Inde liquet, nullius esse pati injuriam, quam inferre.

## MEMBRI SECUNDI

### Præcepta

de

### ÆQUITATE.

I. Äquitas est correctio legis sive iuris scripti ea parte, qua lex deficit ob suam generalitatem.

2. Ejus

2. Ejus extrema sunt duo in excessu, summum jus  
& malitiosa juris interpretatio: in defectu jus pium  
indulgens.

### Explicationes.

1. S. Dicta videtur æquitas, quasi aquitas, quod instar aque  
fluens origina in planum aequem. Hujus Synonymum est bona:;  
item æquum & bonum, quia æquitas vir boni, qui amans est æqui-  
tatis, judicium & arbitrium sequitur.

2. S. Notabis 1. æquitatem dici tantum correctionem, non  
verò legis abolitionem. Alias enim non esset bona & laudabilis,  
sed cum lege plane pugnaret. 2. Äquitatem non universi juris, sed  
tantum legitimi & scripti esse correctionem. Nam æquitas jus na-  
tute ob summam profectionem corrigere nequit. 3. Äquitatem  
non corrigeret totam legem, sed tantum in ea parte, in qua deficit.  
4. Per defectum non intelligi vitium, sed dici dicere, quatenus  
generaliter tantum sanctit, nec in specie ob circumstantiarum varie-  
tatem quicquam constituit.

3. S. Defectum hunc vocant ēæqua vesbo ēæcēta, omitto,  
quia videat aliquid sic omisum: item aquætempas erratum seu  
peccatum, quia legislator in scribenda lege videtur peccasse, dum  
nihil de hoc vel illo singulari causa determinavit.

4. S. Hinc sequuntur duo Corollaria:

1. Hunc defectum non esse in lege, neg. in legislatore, sed in re-  
sum materia. Non enim omnia ob circumstantiarum varieta-  
tem à legislatore prævideri, aut in verbis legum comprehendendi  
poterunt.

2. Hunc defectum corrigi, adhibita legitima interpretatione &  
circumstata applicatione, ita ut, que generaliter dicta, ad casus spe-  
ciales prudenter accommodentur. Hinc audit avasthēqua, sup-  
plementum, æquitas, que ab casum aliquem singularem in lege  
non definitum, in locum scripti juris succedit, defectum corrigit  
examinatis omnibus unius facti circumstantijs, considerata vili-  
genter legislatoris mente & voluntate, excusa legis sententia, eaque  
ad speciale factum prudenter accommodata, ita, quemadmodum  
legis-

legislatores & praefecti adhuc esset, causam praevidet, pronunciaret, factumque determinaret.

9. 5. *Aequitas à iure differt tribus modis. Aequitas jure videtur melius. Hujus enim asperitatem procire non statutarum varietate tridigat, & rigorem corrigit. Aequitas non continetur scripto & verbis, sed ex boni viri arbitrio dependet. Hinc sequitur Corollarium: Divisionem inter aequitatem scriptam & non scriptam esse falsam. Aequitas non continet universalia precepta, sed circumstantias & casus singulares.*

6. 5. In excessu aequitati opponitur summum ius, & callida iuri explicatio. *Jus strictum est, quando verba legis simpliciter urgentur, & nulla plane benigna verborum interpretatio admittitur, nec legislatoris voluntas spectatur. Hoc secundum Terentium saepe summa injuria est. Alterum videlicet callida interpretatio fraudandi gratia instituitur. Hinc dicitur calumnia, quando verba legis in deteriorem partem torquentur, atque alteri accipiuntur, quam a legislatore sperari intellecta. Ita sece habent excessus, quibus defectus nimia juris indulgentia ad di potest.*

## QUESTIONS.

### Quæstio Prima.

#### Num summum jus sit summa injuria?

6. 5. Distinguimus inter ius verum & adulterinum. *Summum jus verum est, quod cum verbis & intentione legis recte conditæ exactè congruit. Adulterinum, quod cum verbis quidem legis, sed non cum mente ejus congruit. Utrumque trifariam consideratur, ratione constitutionis, executionis, & interpretationis. Quæstio affirmatur non de vero, sed ad adulterino jure. Nam quis una intelligit, quamlibet legem facile informari ac consigli posse, si verbis tantum inhærendum sit, relicto vero sensu, ratione, autoritate, & consilio eorum, qui leges scripserunt?*

2. 5. Atque sic summum jus summa injuria, respectu constitutions, in illis motibus, quæ in omnibus constitutionibus tunc opere  
BA. 11

tutioris; executionis; &que interpretationis. Ratione constitutio-  
tionalis, quia non factam est secundum legem divinam & nature.  
Item. Ratione executionis, cum sine mitigatione, quam tamen legi-  
gulator ob grayem circumspectum admetet, rigida secundum  
verba, non acentus circumstantius procedimus. Tandem ratione  
interpretationis, si ad legem recessar malitia, judicis interpretatio-

### Quaestio Secunda.

**Natus licet: cuivis aliquid defuso jure  
remittere?**

Affirmamus. Nam remittere aliquid de suo iure, neque cum  
justitia, neque cum honestate pugnat, sed ad proximum, cui proposito  
bus suppetit serenda, commodum facit. Atque ex parte fini  
gulare humanitatis, mansuetudinis, liberalitatis, mifericordiae, aequalis  
aequitatis, nemini facit injuriam, neque libimeripet negat aliui. Non  
sibi, cum sponte hoc faciat. Quidam autem injuria sit contra vo-  
luntatem illius, qui inferatur. Non alteri aqua ad hunc non  
spectat.

### Quaestio Tertia.

**Num aequitas sit eadem cum justitia?**

Quamvis adhuc magna inter haec conjectatio, differunt tamen.  
Vix enim justum & aequum non pari modo laudamus: illum  
minus, hunc magis quia ut aequus de sua iure non nullus cedit, ju-  
stus dum strictè suum jus urget: curus aequus in iustus, respectu viri  
boni & aequi esse videtur. Jam si justitia eadem esset cum aequitate,  
utique sequeretur, utique parente natus esse attributendum. Po-  
tius, ut aequitas, non est. E. neque prius.

### Quaestio Quarta.

**Num aequitas in iure naturali & divino  
adhiberi queat?**

Nequaquam. Num in iure divino & naturali nullus plane da-  
tur deficitus nullusque rigor, cum utrumque immediate a Deo,  
quicquid præcepit, plenarie & perfecte præcepit; originem trahat.  
Et aequitas in iure naturali & divino non inventur locum. Hinc  
potest, quid statuendum de divisione, aequitatem esse vel naturalem  
vel civilem.

15. Ad

*Declaratio Quinque*

Num secundum ius scriptum, an vero secundum aequitatem sit judicandum?

1. s. Ad distinctas distinetur venit respondendum. In iis casibus, de quibus lex principiter loquitur, ex iure judicandum. Nam si judici licet ab hac discussum facere, ob quem finem lex foret sancta? Igitur obedientia erga legem existit necessaria. Non homo, sed ratio impetrat. Leges enim carent affectibus, & aequaliter se erga omnes habent, cum non possint flexi aut corrumpi precibus, promissis vel minis. Homines vero ob affectus, quibus sunt obnoxii, a norma juris atque a qualitate facillime possunt abduci. Hinc in bene constitutis Rebus, non homines, sed leges, quarum auctor Magistratus, impetrant.

2. Ubi jus vel nullum, vel iniquum, vel obscurum &c. minis generale est, tunc deinceps sequitur judicis arbitrium, non libidine judicis, sed testis ratione debitebatum. Quam aequitatem ipsa leges judiciorum demandant.

---

A Spice quem post se genuit SCHNEIDERINUS Heros,  
Quem sibi natura juxxit & ingenio!  
In natus virilis tradux solerita patrum,  
Dissimilesq; annos temperat arte labor.  
Multus avus ingenio mundo monumenta reliquit;  
Sed scimus miserae supererugit flumina.

Tertando anno Respondenti Praestantis. Dn.  
Script.

M. Michael Schneider  
Moralium P. P.

---

22. I. 1861. C. docx

S' labor ingenio pulcro responderit, in te,  
Hoc loquor expertus, mox redidibus Avus.

Præses.

Annuus

**A**nuit æternis coeco ebria purpura chartis,  
Atque aliquid Patrum grande minatur honor.  
Per titulos itur, famamque & numina mundi  
Namorum nati gens generosa vident.  
Numquid in exhausto suspensum examine circum,  
Et precium virtus mulsum iterando rotat?  
Vilscunt numeri, gentemque inglorius ardor  
Velat, & ad digitos nulla tiara venit.  
Exsuperant atavi, perque omnia secula vesti  
Majorum Patres, innumerumque genus.  
Sic imbre insolito, cœlique furoribus austus  
Perpetuas post se corripit amnis aquas:  
Unda undam trahit: illa alias superat trahit undas,  
Et volvunt plenos agmina densa sinus.  
**S**ol Schneidwinus erat; cui fortunata juventus  
Libatum æterno Numine debet opus.  
Hinc radius micat, ac aciem traducit ovantem,  
**S**chneidwinus, patrum Gloria, noster Amor.  
Flos juvenum, custos justi, dictator & equi  
Quod facili promptus differit arte labor.  
Hinc rapere in totas, rapere hinc Schneidvnius artes  
Quo spacio velox mens Tua currat, habet.  
Tempora conatus prævertit, & altior annos  
Sedulitas numerat, parca putare dies.  
**Q**uez proavis distincta fuit, confunditur ætas  
Quique sapit juvenis, præfult arte senes.

Hec Commensalij Amico  
suo dilecto honoris ergo  
apponebat

Jacob Brnruß LL. St.

F I N I S.